Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mellito gutture ructaret. R. Dum
oraret in obscuro seruus dei latibulo lux
immensa super eum resplenduit post
triduum hoc signo cunctis proditus pa
pa urbis efficitur. V. Quia misericordiam
et ueritatem diligit deus graciam et
gloriam dabit dominus. Hoc signo.
A. Sex struxit in sicilia IN II. NOCTURNO.
uir clarus monasteria et infra urbem
septimum in quo se fecit monachum.
A. His sane monasteriis predia large tri
buit reliqua tandem uendidit et ege
nis distribuit. A. Qui solebat in sericis
procedere induuiis post in abiectis uesti
bus seruit paup pauperibus. A. Defunc
to itaque papa pelagio beatum Gregori
um totis uiribus renitentem plebs omnis
elegit. A. Quem apicem attencius fugere
temptans fuge latibula praeparat. A. Tandem
electus domini inuenitur capitur trahi
tur consecratur ac papa urbis efficitur.
Beatus Gregorius in annis adolescen
tie in quibus solet illa etas seculi ui
as ingredi, deo cepit deuotus ... ex
istere et ad superne uite patriam to
tis desideriis anhelare. S; dum diu
longeque conuersionis graciam differ
ret et postquam celesti est afflatus de
siderio seculari habitu contegi meli
us putaret uelletque presenti mundo
quasi specie tenus deseruire ceperunt
multa contra eum ex eiusdem mundi
cura succrescere, ut in eo non iam
specie S; ut ipse de se asseruit retine
retur et mente. R. Propter intolerabiles
rerum curas mundanarum recusabat
presulatum suscipere romanorum sed
uictus prece populi suscepit iugum do
mini. V. Nec fecit proximo suo malum et
obprobrium non accepit aduersus proximos
suos. S; uictus. Tandem cum et
parentum iam ducdum obitu liberam
disponendarum suarum rerum haberet
facultatem, quod prius mente gestiebat
aperuit, quodque iam in diuinis erat
obtutibus humanis etiam uisibus ostendit.
Mox etenim cuncta que habere po
tuit ad pietatis opus distribuit, ut
xpm pro nobis factum egenum egens
ipse sequeretur et fecit. R. Hoc beato
Gregorio gracia diuina concessit ut me
rito ab anglorum populis debeat aposto
lus appellari quia ipsius gracie ascribitur
quod illorum ecclesia noua semper sobole fe
cundatur. V. Quousque enim mundus is
te uoluitur eius laudabile meritum semper
accipit incrementum. Quia ipsius.
Sex denique in sicilia monasteria con
struens fratres illic xpo seruituros
aggregauit, septimum uero infra
urbis muros instituit, in quo et ip
se postmodum regulari tramite
multis sibi sociatis fratribus sub ab
batis imperio militauit. Quibus mo
nasteriis tantum de hereditatibus
prediorum dicauit quantum possit illic